

## **Texto adaptado de *De bello gallico* de Caesar para practicar los participios.**

### TEXTO 1

Qua difficultate eorum cognita, Caesar, sagittariis funditoribusque dispositis et tormentis etiam quibusdam locis collocatis fluminis aqua oppidanos prohibebat.

### TEXTO 2

Eo consilio probato et duobus milibus proxima nocte relictis, Lucterius ex oppido reliquos educit. Hi paucos dies ibi morati magnum numerum frumenti comparant.

### TEXTO 3

His copiis coactis, ad Bellovacos proficiscitur et, castris in eorum finibus positus, in omnes partes equitum turmas dimittit.

### TEXTO 4

At Caesar, dispositis in vallo custodibus, recipi (retirarse) prohibebat. Interea Commius reliquique duces quibus summa imperii permissa erat, cum omnibus copiis ad Alesiam perveniunt et, colle exteriori occupato, non longius mille passibus ab nostris munitionibus consistunt.

### TEXTO 5

Postero die, equitatu ex castris educto, omnem eam planitiem complent pedestresque copias paulum ab eo loco abditas in locis superioribus constituunt.